



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Mendum è vulgatis Matthæi condicibus sublatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

victui & itineri necessaria. Unde videre est, non ὑποδήματα, sed δύο ὑποδήματα apud Matthæum discipulis interdici. Etenim uti Christus δύο χιτῶνας, ita δύο ὑποδήματα, & δύο ῥάβδους prohibet. Hæc enim omnia à voce δύο pendent. Uti nec tunicas binas, ita nec duos calceos, nec duos baculos voluit Christus eos in sarcinulis secum sumere. Atque hic non possum dissimulare, semper mihi visum esse male in vulgatis Matthæi codicibus ῥάβδον legi, & restituendam esse prisecam lectionem ῥάβδους. Equidem scio jam olim Syrum & Latinum interpretem ῥάβδον legisse. Antiquum enim est hoc mendum, ex eo natum, quod ῥάβδον ἔτερον, quam quem manu gerebant, etiam in sarcinulis habuisse veteres non animadverterunt. ῥάβδους tamen habet editio Francofurtensis, quæ apud Andreæ Wecheli hæredes, anno superioris seculi xcviij, prædiit, una cum variantibus veterum codicum lectionibus. Atque ad eam vocem hæc nota legitur. ῥάβδους, est in Complut. Reg. 5. & alijs 4. Utique hæc verissima.

mihi videtur lectio, quam non tantum melior verborum coherrentia, *μηδὲ ἄπο χερῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδους*, ut nempe omnia ad præcedentem vocem *ἄπο* referantur, & Lucas confirmat, qui clare *ῥάβδους* habet: verum etiam quod alias explicari nequit, cur hic *ῥάβδον* prohibeat Christus, quem tamen apud Marcum discipulis concedit, dum dicit, *ἴνα μηδὲν αἰεταίω eis ὄδον, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον*. Quod sane clare ostendit apud Matthæum *ῥάβδους* esse legendum. Scilicet uno baculo suos discipulos Christus vult contentos, neque, ut fieri consueverat, etiam alium in sarcinulis habere. Hæc mihi unica videtur Marcum cum Matthæo conciliandi ratio, ut nempe apud Matthæum, ut *ἄπο χερῶνας*, ita & *ἄπο ὑποδήματα* prohibeat Christus, apud Marcum vero permittat *σαρδέλια*, nempe quibus induti erant. Itaque, licet nullum inter *τὰ ὑποδήματα* & *σαρδέλια* discrimen admittatur, non tamen cum Marco pugnabit Matthæus. Etenim non vetatur apud Matthæum calceamenta discipulis,

lis,